Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De filiabus Luxuriæ cap. 55.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

tiatio eſt in damnum communi-
tatis.

De Mendacio. Cap. 54.

MEndaciũ ex matre Auari-
titia progenitũ eſt, quod
eſt* verbum falſum cum
intentione fallendi. Mendacium
eſt dicere rem aliter, quam homo
mente iudicat vnde, & mentiri di-
cimus, quaſi contra mentem ire.
Mendacium triplex, perniciosum,
officioſum, & iocoſum; & quodli-
bet eſt peccatum: ſed primum eſt
mortale, niſi leuitas materiæ, aut
deliberationis defectus excuſet, A-
lia duo ex genere ſuo venialia ſunt,
ſed cum iuramento ſociata, mor-
talia ſemper.

De Filiabus Luxuriæ Cap 55.

OCto ſunt filię Luxurię, Cæ-
citas mẽtis. Pręcipitatio, in-

conſideratio, Inconſtantia, Amor ſui, Odium Dei, Amor mundi, & Horror futuri ſeculi. Qui poſteriores actus, cum à libera procedunt voluntate, peccata ſunt mortalia, alias venialia. Plura de iis vide ibi & ſupra lib. 5. cap. 10.

De Ira & eius filiabus. Cap. 56. 57. & 58.

IRa eſt* appetitus vindictæ: in qua tria reperiuntur: mali illati & difficilis ad repellēdū apprehenſio sanguinis feruor circa cor, & appetitus, ſeu appetitio mali inferendi ei, à quo homo recepit malum, vel iniuriam. Quatenus ira in parte ſenſitiua reperitur, eſt etiam in brutis, & ideo vt ſic irrationalis vocari poteſt quatenus verò in parte rationali & voluntate, homini tantum conuenit. Iræ tres aſſignantur ſpecies lib. 4. Ethic. Ira. Iracundia, &